Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

homines deos esse puta
bant quoscumque fortes in
prelio comprobassent. Nam
quid in Ioue diuinum ali
quid omni castitati ita
usque ad mortem extitit ini
micum, ut aerem ipsum in
Ganimede pollutum et terram
ipsius sororibus inquinaret.
Quod et in Mercurio di
uinitatis inuentum pu
tas, cuius capitalis aspec
tus sycophanticum indi
cat monstrum, cum mercurius si
mul in toto cernimus et capil
los et pennas. Hic male
ficiis suis absconditas
fere pecunias repiebat et
et incantationibus suis ser
pentinas mitigabat, qui
bus porcinum ficatum coti
die sacrificabat et gallum.
Que autem in Hercule sanctitas?
qui uictoriarum suarum omnium in
terfectione fatigatus et ipse
uiuus se nutu dei ignibus
tradidit cremandum et
arsit miser. Simul cum

maria quam gestabat et pel
le et licet leonem necauit et
ydram truncauit, canem
infernalem ligauit, ipse tamen
redactus in cinerem nunquam
omnino comparuit, sed periit.
Que in Appolline sanctitas cum
mysteriis diosanalibus et ine
briatus confusionibus de male
ficiis et luxuriis poculorum.
Iam ad reginam Iunonem et
castissimam Venerem ueniamus.
Inuenimus eas ideo inter
se acriter litigantes, quia
ad usus turpes alia alteram
precedebat. Clamabant omnium
poetarum et oratorum et hystori
ographorum scripta, iudicium
Paridis spretaeque iniuria
forme. Quid enim illa indig
nata est quod illa letata, nisi quod
illa impudicitie usibus aptior
pastoris iudicio dicitur lauda
ta, altera denegata. His
itaque diuinitatis honore
supplosis, quibus diuinitatis pri
uilegium impium iudicat uul
gus. De ceteris eorum minoribus